Mi charissime frater. 121. 413

B. Redditæ mihi sunt tuæ, et priores de d. 13/3 April. et posteriores
Revdo dno Ubbenio datæ. Solatium de obitu filii perscriptum
lubens admisi, ut debui: neq enim non agnoscere Dei creatoris
& patris nri rectissimam et optimam voluntatem, eamq non
venerari, fas est. Bene illis est, qui sic præcedunt. Sequemur
quisq suo tempore; ad quod nos paret Dominus, ut alacres
vocanti obtemperemq! Nomen ejus benedictum sit in secula!
Vos oes recte valere, tum ex literis tuis, tum ex d. Ubb.
intellexi. Deus id faciat perpetuum, nosq oes servet
gloriæ suæ. Luget merito academia vra viri egre-
gii, Vinnii vri, jacturam, et quicum præter opinionem
mox insecutus est, Mæstertii. Damnum est non me-
diocre. quod propediem, sufficitis aliis, qui provinciam
istam æque ornare possint et velint, reparari vo-
veo. At de d. Daubero, quem vocatum ad pri-
marium locum intelligo, nulla mihi spes est. melio-
re et honoratiore, ni fallor, is loco est, quam ut
inde abire velit. Affectum ejus agnosco, qui illi me
adjunxit. cæterum, et rationes istæ, quas memoras,
aptæ sint et validæ satis ad illum pro me eligendum
est mihi una ratio, etsi aliter illis viris dnis visum
fuisset, sat potens, quod tædet ulterioris migratio-
nis, et novæ peregrinitatis; quanquam, fateor, non unu-
duntaxat sit, quo locus iste vester hoc, in quo sum,
sit commendatior. Sed et alia tamen hunc com-
mendant satis. in quo et hoc numero, quod patriæ
est propinquior. Largiatur Deus, dum hic esse debeo
hic bene esse. Gronovium, nunc viduum, forte habe-
bitis, nisi spes amplioris dignitatis in republica retineat.
Miror controversias vras, ac tibi, quod inter eas, et
nulla tamen earum pars, ~~laetus es~~ quietus & laetus sis,
gratulor. In dni Passoris p.m. locum

nondum quidquam suspectus e. D. Marfingius, [illegible]
botanices, nuper ex convivio aliquo doctorali med[illegible]
domum reversus, illa nocte catharrho suffocativo
earum horarum spacio extinctus est, vir quater[illegible]
nio septuagenario major, caetera robustus et [illegible]
Filius, Doctor Medicinae, ipsi ~~[illegible]~~ successit, attamen
extraordinarius. Ante dies quatuordecim dn. Con[illegible]
et acad.ae Curator Petrus Eisinghe, vir in republ[illegible]
hac et provincia potens, ecclesiae et academ[illegible]
columen, toto Belgio celebratissimus, dno [illegible]
nio amicissimus, ipso praesente defunctus est. A[illegible]
Consul, qui in summo hujus provinciae dicastero
(i. der Hollandse Commer) assidere debuerat,
in nuperrimis comitiis accusatus, a Commissariis [illegible]
bus e Civitate et Omlandia constitutis, pp ~~[illegible]~~ im[illegible]
tationes, inprimis δωροφαγίας sive sordium, a [illegible]
purgare se non potuerit, ad Cameram non
admissibilis pronunciatus e. Ille provocavit [illegible]
Comitia. quid futurum, videbimus. Rarum [illegible]
emplum. Heri Rev.di dni Widmarii [illegible]
postquam toto semestri clinica fuerat, [illegible]
de in dno obdormivit. Magnum vulnus [illegible]
nae seni inflictum. Deus id obliget! Li[illegible]
bellum tuum de Ecclesia et Babylone expecto.
Vale, mi frater, cum dilectis tuis conjuge et
liberis, quibus omnibus et singulis a me et mea
plur. salutem adscribo. Dn. Heidano,
dno Colonio, dno Vorstio, dno Lindano, d[illegible]
Golio, salutem et officia mea dici v[illegible]
lim. dn. Masterti p.m. quos [illegible]

liquit hæredes. Inclusas, quarum nomine Domino
Ubbenio Amsterodami molestiam creari nolui,
rogo quamprimum ad cognatum meum Dn. Jo:
annem Snellium curari. Vale iterum
cum tuis, vos divinæ tutelæ ~~et~~ atq; et
commendati. Dab. Græn. d. 23 Maji
st. v. 1658.

T. amantissimus frater

Fratri charissimo
Johanni Coccejo
SS. Th. D. et profes
sori in inclyta Bata
vorum academia, qua est

Leida